Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-168397-p0001-0

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-168397-p0002-6

35.

41

# DE INSIGNIBVS ET SYMBOLO Reuerendi & Clariſsimi viri Dn. SIMONIS GEDICCI, THEOLOGIÆ LICENTIATI; & *ILLVSTRISSIMO ATQVE GENERO-ſiſsimo Principi, ac Domino,* Dn. IOACHIMO FRIDERICO, Primatus ac Archiepiſcopatus Magdeburgenſis Adminiſtratori, Marchiæ Brandenburgenſis & Boruſsiæ Duci, &c.

à Sacris Concionibus & Conſilijs Eccleſiaſticis,

# *CARMINA.*

*In quibus*

DE

Summi gradus in S. S. Theologia

TITVLO ET INSIGNIBVS

à

Reuerendo & ampliſſimo Collegio Theologico, ad 14. Calend. Nouemb. Anni 1592.

Ritu ſolenni & publico in æde Paulina celeberrimæ Academiæ Lipſienſis illi collatis;

*Gratulantur Amici & Collegæ.*

LIPSIÆ

Impreſſa à Michaële Lantzenbergero.

Clarissimo Viro Dn. JOHANNI PUCHBAC

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-168397-p0003-1

Quæ magis apta tuo officio vir docte Gedicce,
Ornant quæ clypeum, quàm tria ſigna, tuum?




Aram ſtat iuxta Simeon, qui ſuſcipit vlnis
Christum, quem agnoſcit Turtur vterq; Deum.

I. T. D.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-168397-p0004-7

# DE INSIGNIBVS
Reuerendi & clariſſimi viri
Dn. SIMONIS GEDICCI,
## CARMEN
*Joachimi Tanckii Philoſophiæ & Medicinæ Doctoris, & Profeſſ. publ.*

*Virtvtis voluêre ſuæ eſſe inſignia teſtes*
*Heroës, clypeoq́; appingi facta, perenni*
*Et velut incidi cedro, ne fortè periret*
*Poſt obitus nomen, memori ſed mente minores*
*Excolerent patrum veſtigia clara ſequentes.*
*Sic olim magnos, ô magne Lvthere, labores,*
*Quos magnis animis tuleris, tua facta, loquuntur*
*Purpurei clypei, queîs ceu* Roſa *florida vernat:*
*Floruit haud ſecus è ſtudio venerabile Christi*
*Dogma tuo: at fueris quanto in diſcrimine vitæ,*
*Hoc oſtendit imago* crucis, *quæ flore niteſcit*
*Jn medio.* Hunc florem flammis ſi ſæuiat orbis
Totus, aquis, ferro, non lædet, merget, aduret.
*At tu quale melos ſancta Pomerane ſonabas*
*Jeſſæi vatis cithara per Danica regna,*
*Per maris, vndoſusq́; Albis quas irrigat, oras!*

Arguit abſorptus Balænæ in gurgite Ionas,
Eſſe Deo curæ nos noſtraq;, quæúe piorum
Sit fortuna hominum: hoc tu ſigno IVSTE leuabas
Inuidiæ ſtimulos, vanæ & conuitia linguæ.
Quæ ſit vis Euangelij, tu docte MELANCH-
Et ſcriptis ſignisq; tuis oſtendis, vbi addis (THON
Ænea ſerpentis clypeo ſimulacra micanti.

Non minor ex clypei GEDICCE tui enitet
Gratia, qui illuſtris trib. eſt inſignibus, Ara, (orbe
Turture cum gemino, et Chriſtum Simeone fe-
Dicite Pegaſides, Sophiæ quæ arcana tenetis, (rente.
Quid Simeon, geminus quid ſignet turtur & Ara.

SIMEON. Hillel pater Simeonis, qui & Gamaleel dict⁹, à quo Apoſtolus Paulus legem didicit, Galatin. lib. 1. cap. 2.

Hilleliden memorant dictum cognomine Iu-
Quod legum fuerit nullus ſeruantior illo. (ſtum
A patre quam didicit, legis fuit ordine Doctor
Vltimus, ac docuit Tarſenſem dogmata Vatem
Amramidæ, et regnum Chriſti olim quale futurum.
En puerum IESVM ſublatis baiulat vlnis
Iuxta ſtans aram ſacrata in veſte ſacerdos,
Atq; in carne Deum monſtrat, qui ſanguine fuſo
Lytra ſoluturus primi pro labe parentis.
Quid magis officio, clypeo quid conuenit aptum?
Tu Simeon cùm re tum nomine diceris ipſo,

Fers

Fers populo Chriſtum, veteriſq; arcana recludis
Codicis, vt fuerint tantùm præludia veri,
Qui nunc progenitus pura de virgine Chriſtus.
Stas in procinctu ſæuum ruiturus in hoſtem
Sublatis manibus: Factum fortuna ſequetur.
Qua vi? cùm ſtudio tum docta inſtructus et arte,
Et prece, qua cœlum penetramus, & hoſtica turba
Vincitur, haud noſtris aliâs quæ concidit armis.
Auguror, an maius tibi nunc Eccleſia munus
Demandare velit: vel qui cum principe, cœli
Non ſinis eſſe vias obſtructas ſentibus: En nunc
Collocat in ſummã cathedram, et te ſiſtit ad aram
Lipſia, Doctoremq; ſuum te voce ſalutat.
Macte vir ingenio, Domini ne Vinea cultu
Fac careat, fode & erue quæ ſint noxia viti.
Pergite Pierides, geminus cur dicite turtur Duo Turtures.
Additus. Hi vitam & mores ſine labe notabant:
Quæ ſint grata Deo libamina. Nam ſine felle eſt
Turtur, non violat ſocij rata fœdera lecti,
Nec petit alterius thalamos ſi compare primo
Orbus. Fortè ſacerdotem ſine coniuge bini
Degere poſſe negant, quod tu turpiſsime damnas
Papa caput ſcelerum & turpis ſeruator auerni.

*Hinc ſunt ſuauis amicitiæ typus. Aëra fœdum*
*Vitant: grana legunt vncis puriſsima roſtris,*
*Pullis diſtribuuntq́ ſuis.* GEDICCE *quid hiſce*
*Nam decuit clypeum magis? En loca fraude malo-*
*Plena fugis, remoues mendacûm ſemina frugū, (rū*
*Sana librisq́ ſacris excuſſa tuo in grege ſpargis.*
*Cui tua non pietas ſpectata & vita, fidesq́*
*Inculpata? ſuum quondam quem* Lipſia *amauit,*
*Nunc prompta officijs veneratur* Saxona *tellus.*

Ara. *Dicite præterea Muſæ quid denotet* Ara.
*Eſt ea ſacra Deo, vota & libamina poſcit*
*Caſta precum: tutum miſeris quoq́ præſtat Aſylum:*
*Nec violanda vlli quæ fiunt fœdera ad aram.*
*Qui templa ædificas & ſacras extruis aras,*
*Quantis ſollicitas precibus* GEDICCE *piorum*
*Pro cœtu Deum! vt iratus ſua fulmina ponat,*
*Quæ meditatus erat, tutoq́ accedere amicum*
*Poſsit homo Numen nobiſcum fœdera propter*
*Icta, fide & ſpe dum ſtat ceu Marpeſia cautes.*

*Ergo nunc meritò* Philyre *pulcherrima Nym-*
Saxonidesq́; *Deæ ſummū gratantur honorē (pha*
*Voce Lyraq́ tibi, & quæuis nos fauſta precamur.*

SYM-

# SYMBOLON

## Reuerendi, & clariſsimi viri, Dn. SIMONIS GEDICCI, Sacræ Theologiæ Doctoris, ex Pſal. 37. ℣. 25.

לֹא רָאִיתִי צַדִּיק נֶעֱזָב׃

NON VIDI IVSTVM DERELICTVM.

*Idem in Epigrammate.*

DEſerit haud vllum diuina potentia Iuſtū,
Qui merito Chriſti nititur, atq; fide.
Quem quamuis etiam iam deſeruiſſe videtur,
Hunc tamen & cura iam propiore fouet.
Nam premit vt tollat, quò ſanet, ſauciat; atræ
Dat morti, vt vitæ reſtituiſſe queat.
Ergo etiam titulis quos quondam inſignibus
Puluereo voluit non caruiſſe ſitu. (ornat,

*M. Georgius Juſtus*
*Miniſter verbi diuini in Eccleſia Lipſenſi ad D. Nicolai.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-168397-p0009-9

# *ALIVD.*

הבו בני אלים בלב טהור
כבוד למשיח לדור ודור
הבו תהלה ז–– מרו הכל
יחדיו ותקעו כף סביבות כל
גילו והריעו בקול רנה
לאל אשר יתן ברב חנה
כי הוא לבדו טוב כחכמתו
גלה עצת לצים כצדקתו
נפץ בשבט ב–– רזל ככלי
יוצר אמרת דבר אני קולי
רדף מתי מרמה ימין כוח
כמוץ אשר גבור י–– נדף רוח
הביא וגם עתה ברב חסדו
רעים אחרים שו מרי הודו
מורי צדקות הם מאד טובים
כלם קוראים כל ליה דורים
הגיש ועוד להם ביום הזה
אחד שמו שמעון אשר חזה

לא הוא אלי מינים ברית חמס
כרת דבר האל ולא רמס
אלא בתם למד כחק רוח
קדש ככתוב יה עלי לוח
על כן כבר נסק אלי הרום
נגה יהי לו רב בדי שלום
מזה ורחב לב בששון כי
נפשי והיא תגיל בעד קרבי

ברוך בהיכלו אלהינו
תמיד אשר אזור לעזרנו
אתה יהוה טוב תחננו
רחום וצדה ת–– עמד לנו
את־צאן קטנה ע–– מך תשמור
לעד כחסד אור אמרת תצור
שמעון נחה לי אף גדיק אלוף
ישע תנה נפש וגם חגוף
אשרי אני חולה הדרך
שמעון להצליח דרכיך

*M. Matthias Francus*
*miniſter verbi diuini*
*in Eccleſia Pegauienſi.*

Nr 1996
8
ULB Halle 3
002 063 808
Sh
nicht aufg., da unvollst. u. nicht zu ermitteln!
28 a / 50 1996 /
VD 17 Ml
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-168397-p0011-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-168397-p0012-1

DE INSIGNIBVS ET SYMBOLO

Reuerendi & Clariſsimi viri

Dn. SIMONIS GEDICCI,

THEOLOGIÆ LICENTIATI;

&

*ILLVSTRISSIMO ATQVE GENEROſiſſimo Principi, ac Domino,*

Dn. IOACHIMO FRIDERICO,

Primatus ac Archiepiſcopatus Magdeburgenſis Adminiſtratori, Marchiæ Brandenburgenſis & Boruſſiæ Duci, &c.

à Sacris Concionibus & Conſilijs Eccleſiaſticis,

# *CARMINA.*

*In quibus*

DE

Summi gradus in S. S. Theologia

TITVLO ET INSIGNIBVS

à

Reuerendo & ampliſſimo Collegio Theologico, ad 14. Calend. Nouemb. Anni 1592.

Ritu ſolenni & publico in æde Paulina celeberrimæ Academiæ Lipſienſis illi collatis;

*Gratulantur Amici & Collegæ.*

LIPSIÆ

Impreſſa à Michaële Lantzenbergero.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-168397-p0013-7